

*Isr. Murschelio & Osiandro. §. 73. Dicta uberius explicantur. §. 74. Ecstasis duplex, Intellectus, quæ & admirationis appellatur, & voluntatis. §. 75. Fideles simplices quomodo sensus spiritualium bonorum capaces. §. 76. Cautela de ecstasibus intellectus contra Enthufastas. Val. Weigelius notatur. §. 77. Revelationum Extraordinariarum & prægustus singularis V. Æ. raritas §. 78. Decisio quæstionis, de collatione prægustus V. Æ. immediata, aut mediata. Verbum prægustus illius organon. §. 79. Similiter Sacramenta, Baptismi & Cœnæ, ut & Oratio. §. 80. Verbi habitudo ad prægustum V. Æ. singularem. §. 81. Decisio quæstionis, an Corpus hominis capax sit prægustus V. Æ? Fit hoc non formaliter, sed per consensum aut consequenter. §. 82. Locus Proverb. XVII, 22. XV, 13. Psal. LI. 10. LXXXIV, 33. §. 83. Cautela adversus tremorem Quakerorum. §. 84. Finis prægustus hujus ex parte DEI. §. 85. Porismata Practica ex doctrina præsentate.*

## I.



St sane hominum ad vitam æternam ac cœlestem conditorum, ut finem suum desiderent, ut *superna querant ac sapiant*, Col. III, 1. 2. ut *juxta præfixum scopam insequantur ad brabeum supernæ vocationis DEI in Christo Jesu*: & qui *πρόλιτευμα* suum in cœlis habent, *inde expectent Jesum Christum Servatorem*, gloriæ supernæ auctorem & collatorem, Phil. III. v. 14. & 20. Dulce autem omnino fuerit in hac via nostra vitæque laboriosa ac tristi, sensum aliquem capere securæ felicitatis, prout Israëlitæ exallatis per exploratores suos uvis, pomisque, & ficibus, proventum terræ Palæstinæ, sensu quodammodo perceperunt, antequam immitterentur. Vid. Num. XIII, 24. 25.

II. Ac si nostratium quidem Doctorum sententias consulamus, certum est agnoscere illos ac fateri, quod detur in  
hac